



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

*IV 3652*

2954  
955

*130*  
*1684*

DE

# NEMESI GRAECORUM

SCRIPSIT

**CHRISTIANUS WALZ,**

IN REGIA LITTERARUM UNIVERSITATE TUBINGENSI PROF. PUBL. ORD.



*Ἐκπίδα καὶ Νέμεσιν εὗρος παρὰ βωμὸν ἔτευξα  
Τὴν μὲν, ἵν’ ἐλπίζει τὴν δ’ ἵνα μηδὲν ἔχῃς.  
Anthol. Gr.*

TUBINGAE,

TYPIS LUDOVICI FRIEDERICI FUES.

MDCCCLII.

*1852.*

(RECAP)  
2954  
955



I.

**M**odum in omnibus rebus tenendum et modestiam primam felicitatis conditionem esse, eos vero qui finium mortali naturae positionum immemores insolentia efferantur praecipites in exitium ruere, id quidem Graecae nationi non modo praeclaris virorum sapientium et poëtarum sententiis, sed etiam aurea illa Delphici templi inscriptione: *ΜΗΔΕΝ ΑΓΑΝ*, promulgatum et singularis, cui munus res humanas aequa lege temperandi mandatum esset, Deae auctoritate sancitum fuit. Multis autem seculis ante quam Nemesios nomen a poëtis in Deorum numerum relatum legimus, eam quae numine ejus repraesentatur notionem in antiquissimis Graecorum mythis expressam videmus. Ut e multis pauca exempla afferam, Capaneum nomine, de quo nuntius apud Aeschylum Sept. c. Theb. 419 sqq. haec dicit:

Καπανεὺς δ' ἐπ' Ἡλέιτραισιν εἴληχεν πύλαις,  
γῆγας ὅδ', ἄλλου τοῦ πάρος λειτυμένου  
μειζῶν, ὁ κόμπος δ' οὐ κατ' αὐθρωπον φρονεῖ·  
πύργοις δ' ἀπειλεῖ τοῖσδ', ἔ μη κράνοι θεός·  
θεοῦ τε γὰρ θέλοντος ἐκπέρσειν πόλιν,  
καὶ μηδὲ θέλοντος φησίν, οὐδὲ τὴν Λιὸς  
ἔριν πέδῳ σκήψασαν ἐκποδῶν σχεθεῖν.  
τὰς δ' ἀστραπάς τε καὶ κεραυνίους βολὰς  
μεσημβρινοῖσι θάλπεσιν προσείκασεν.

Cui Eteocles respondet v. 434 sqq.:

τῶν τοι ματαίων ἀνδράσιν φρονημάτων  
ἡ γλῶσσ' ἀληθῆς γίγνεται κατήγορος.  
Καπανεὺς δ' ἀπειλεῖ, δρᾶν παρεσκευασμένος,  
θεοὺς ἀτίξων· κάπογυμνάζων στόμα  
χαρῷ ματαίᾳ, θυητὸς ὡν, ἐς οὐρανὸν  
πέμπει γεγωνὰ Ζηνὶ κυμαίνοντι ἐπη.  
πέποιθα δ' αὐτῷ ξὺν δίκῃ τὸν πυρφόρον  
ηἵξειν κεραυνὸν, οὐδὲν ἔξεικισμένον  
μεσημβρινοῖσι θάλπεσιν τοῖς ἥλιον.

Cum his si comparaveris Euripidis verba Phoen. v. 1189.

ἢδη δ' ὑπερβαίνοντα γεῖσσα τειχέων  
βάλλει κεραυνῷ Ζεύς νιν κ. τ. λ.,

nonne utroque loco Jovi idem tribuitur, quod Antigone Euripidis Phoen. v. 182.:

*iā,*  
*Νέμεσις καὶ Διὸς βαρύβρομοι βρονταί,*  
*κεραύνιόν τε φῶς*  
*αιθαλόεν, σύ τοι*  
*μεγαλανορέαν υπεράνορα κοιμίζοις,*

a Nemesi Jovisque fulguribus petit?

Eandem fere sententiam Pindarus exprimit Ixionis fabulam (Pyth. II, 47 sqq.) his verbis narrans:

*εύμενέσσι γὰρ παρὰ Κρονίδαις*  
*γλυκὺν ἐλῶν βίοτον, μακρὸν οὐχ ὑπέμενεν ὄλβον, μαινομέναις φρασὶν*  
*"Ηρας ὁρέσσαστο, τὰν Διὸς εὐναὶ λάχον*  
*πολυγαθέες· ἀλλά τινα ὑβρις εἰς αὐτάταν υπεράφανον*  
*ώρσεν· τάχα δὲ παθὼν ἔσκοτός ἀνήρ*  
*ἔξαλρετον ἐλε μόχθον. αἱ δύο δὲ ἀμπλακίαι*  
*φερέπονοι τελέθοντε· τὸ μὲν ἥρως ὅτε*  
*ἔμφύλιον αἷμα πρωτιστος οὐκ ἄτερ τέχνας ἐπέμιξε θνατοῖς·*  
*ὅτε τε μεγαλοκενθέεσσιν ἔν ποτε θαλάμοις*  
*Διὸς ἄποιτιν ἐπειράτο. χρὴ δὲ κατ' αὐτὸν αἰεὶ παντὸς ὁρᾶν μέτρον.*  
*εὐναὶ δὲ παράτροποι ἐς κακότατόν ἀθρόαν*  
*ἔβαλόν ποτε καὶ τὸν ἐκόντ.*

Certe Pindarus, qui *Νέμεσιν υπέρδικον* (Pyth. X, 65.) et *διχόθουλον* (Ol. VIII, 114.) novit, si in hac fabula Nemesios nomen ab antiquitate traditum accepisset, mentionem ejus facere non omisisset.

Etiam apud Homerum eo, quod posterior aetas Nemesi attribuit, munere Dii, praecipue autem Juppiter, funguntur. Ita Aegyptiorum rex Ulyssem e certae mortis periculo liberat (Od. XIV, 283.):

*ἄλλ' ἀπὸ κείνος ἔρυκε, Διὸς δὲ ἀπίκετο μῆνν*  
*ξεινίου, ὃ στε μαλιστα νεμεσαται κακὰ ἔργα.*

Ajas autem, qui in deserto maris scopulo expositus contemto Deorum auxilio pro priis viribus insolenter sisus est, perditur a Neptuno, qui lubenter eum servasset,  
εἰ μὴ υπερφίαλον ἔπος ἔκβαλε καὶ μέγ' αἴσθη·  
φῆ δέ αἴκητι θεῶν φυγέειν μέγα λαῖτρα θαλάσσης (Od. IV, 503.).

Personae dignitatem Nemesi primum tribuit Hesiodus, apud quem (Op. 498.) ingruente ferrea aetate *Αἰδώς* et *Νέμεσις*, pulchra corpora candidis palliis involventes, terram relinquunt et ad Deos adscendunt. In Theogonia autem (v. 223.) Nemesis una cum Morte, Somno, Fraude, Senectute et Lite e Nocte procreata esse dicitur. Hanc Theogoniae partem ab auctore Operum profectam esse nemo erit qui credat, olet potius

Orphicorum doctrinam, quibus Nox omnium antiquissima (Hymn. I, 24.) et Deorum hominumque genitrix vocabatur (Hymn. III, 4.). Similiter Smyrnenses duas Nemeses, quas summo honore colebant, Noctis filias esse dixerunt (Paus. VII, 5, 3.); et si alii Nemesis Erebi et Noctis (Hyg. Praef.), Athenienses Deam Rhamnusiam Oceani filiam (Paus. I, 33, 3. VII, 5, 3. Tzetz. ad Lycoph. 88.), vocaverunt, in eo omnes consentiunt, ut eam inter vires, e quibus rerum natura procreata est, referant. Quare apud Timaeum Locrum (de anima mundi p. 742. ed. Baiter et Orelli) Nemesis Deorum consilio adsidet, οἵς ὁ πάνταν ἀγεμῶν θεός ἐπέτρεψε διοίκησιν κόσμων συμπεπληρωμένω ἐν θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων τῶν τε ἄλλων ζώων, ὅσα δεδαμιουργαται κατ' εἰκόνα τὰν ἀρισταν εἴδεος ἀγεννάτω καὶ αἰωνίῳ καὶ νοστῷ.

In hac doctrina exponenda Orphici praesertim et Platonici versati sunt. Hermias in Phaedrum p. 148) de Adrastea<sup>1)</sup>), quae eadem cum Nemesi fuit, haec dicit: ή Ἀδράστεια μία ἔστι θεὸς τῶν μενύντων ἐν τῇ Νυκτὶ, γενομένη ἐκ Μελισσου καὶ Ἀμαλθείας. — Ἀδελφὴ τῆς Εἰδῆς, η καὶ πρὸ τοῦ ἀντρου τῆς Νυκτὸς ηχεῖν λέγεται τοῖς κυρβάλοις „παλάμησι δὲ χάλκεα φόπτρα δῶκεν Ἀδραστείῃ.“ Ἐνδον μὲν γάρ ἐν τῷ ἀδύτῳ τῆς Νυκτὸς καθηται ὁ Φάρνης, ἐν μέσῳ δὲ η Νύξ μαντεύουσα τοῖς θεοῖς, Ἀδραστεία δὲ τοῖς προσθύροις, διαφέρει δὲ τῆς ἑκεὶ Δίκης.

Si Proclum (in Tim. v. 323.) consulimus, Orphicorum doctrina ὁ δημιουργὸς τρέφεται μὲν ὑπὸ Ἀδραστείας, σύνεστι δὲ τῇ Ἀνάγκῃ, γεννᾷ δὲ τὴν Εἰμαρμένην. His adde eundem in Theol. IV, 16, 206.: παρ' Ορφεῖ φρερεῖν λέγεται η Ἀδραστεία τὸν τῶν ὄλων<sup>2)</sup> δημιουργὸν καὶ „χάλκεα φόπτρα λαβεῖσα καὶ τύμπανα ηχήεντα“ ὅταν ηχεῖν ὥστε πάντας ἐπιστρέψειν εἰς αὐτὴν τὰς θεάς.

Jam vero missis his philosophorum commentis conjunctis veterum auctorum et monumentorum testimoniorū quid de Adrasteae cultu erui possit videamus. Cultum ejus praeципuum in Asia minori invenimus. Primo loco audiamus Antimachum Colophonum, qui circa belli Peloponnesiaci finem vixit. Is in fragmento a Strabone XIII. p. 588. servato ita canit:

ἔστι δέ τις Νέμεσις, μεγάλη θεός, η τάδε πάντα  
πρὸς μακάρων ἔλαχεν, βαμὸν δὲ οἱ εἰσαρτο πρῶτος  
Ἀδρησος ποταμοῦ περὶ φόνον Λισήποιο,  
ἔνθα τετίμηται τε καὶ Ἀδραστεία καλέται.

1) Schol. ad Plat. Rep. V. p. 929. ed. Bait. et Or. de Adrastea dicit: η δὲ αὐτὴ καὶ Νέμεσις λέγεται ἀπὸ τῆς τεμῆσεως, ὡς διαρρέουσα καὶ νέμουσα τὸ ἐπιβάλλον ἔκαστω. Contra Pausanias ap. Eustath. ad II. II. p. 355, 38. resert, ὅτι τὴν Ἀδραστείαν ἔτιραν τῆς Νεμέσεως ὑποτιθενταί τινες, οἱ δὲ τὴν αὐτὴν τῇ Νεμέσει κ. τ. λ. Anthol. Gr. T. II. p. 186. nr. V.:

Ἀδραστεία σε δῖα καὶ ἰχναίη σε φυλάσσοι  
παρθένος η πολλὰς φενοσαμένη Νέμεσις.  
T. III. p. 154. nr. XVIII.:  
καὶ σὺ μὲν Ἀδραστεία — τίσαι  
καὶ μακάρων πιμοτάτη Νέμεσις.  
2) Vulg. τὸν ὄλον. Correxit Lobeck Aglaoph. p. 515.

Cum his conjungendus est Phoronidis auctor, cuius fragmentum servavit Schol. ad Apoll. Rhod. I, 1129.:

Ἐνθα γόητες  
Ίδαιος Φρύγες ἄνδρες (όρεστεροι) οἰκι' ἔναιον  
Κέλμις, Δαμνυμενεύς τε μέγας καὶ ὑπέρβιος Ἀκμων,  
εὐπάλαμος θεράποντες ὁρείης Ἀδρηστεῖς·  
οἱ πρῶτοι τέχνην πολυμήτεος Ἡφαίστου  
εῦρον ἐν ὁρείγεστι νάπαις, ιόεντα σιδηρον.

In Aeschyli Niobe (apud Strabonem XII. fine) Tantalus dicit <sup>3)</sup>:  
σπείρω δ' ἀρυραν δάδειχ' ἡμερῶν ὄδόν,  
Βερένυτα χῶρον, ἐνθ' Ἀδραστείας ἔδος <sup>4)</sup>.

Ex his locis apparet, prope Aesepum, Mysiae fluvium, antiquissimum Adrasteae sacrum, in regione autem ad Berecyntum, Phrygiae montem, sive, ut Plinius H. N. V, 29. Aeschyli verba exprimit, in Berecyntio tractu, statuam ejus exstitisse. Berecyntus autem quum Cybelae sacer fuerit, statuam ibi positam nulli alii Deae nisi huic dedicatam fuisse recte conjicere nobis videmur; eamque conjecturam nostram confirmat Phoronidis auctor, qui dactylos Idaeos θεράποντας ὁρείης Ἀδρηστεῖς appellat. Ορείη Ἀδρηστεῖη igitur Cybele est in Berecynto monte culta, quam Telestes Selinuntius <sup>5)</sup> Euripides et Aristophanes Ματέρας ὁρεῖαν, Virgilius <sup>6)</sup> Berecyntiam matrem et Berecyntiam Deam genitricem vocat. Jam postquam Adrasteam et Cybelen natura sua eadem esse demonstravimus, intelligimus qua ratione duae Nemeses, quae apud Smyrnenses insigni honore colebantur in nummo ejus urbis <sup>7)</sup> impositae sint extensae dextrae Cybeles, quae turrito capite in throno sedet, leone lateri ejus adstante, et in alio ejusdem urbis nummo <sup>8)</sup> polum et coronam muralem, quae Cybele ferre solet, capite gerentes curruvehantur gryphis juncto. Itaque miro quodam fortunae lusu accidit ut quum inter plura capita antiqua optio daretur, quodnam Nemesios statuae capite orbatae, quae in villa Cardinalis Albani prostat, impuneretur, sculptor turritum Cybeles caput eligeret <sup>9)</sup>.

3) Cf. Suid. et Harpocr. s. v. Eust. ad II. II. p. 555, 12. Apostol. I, 40. Arsen. p. 18.

4) "Ēdōs significat statuam in Soph. El. 1366. πατρῷα ἔδη θεῶν. Plut. Per. c. 13. ὁ δὲ Φειδίας σιγάζετο μὲν τῆς θεᾶς τὸ χρυσὸν ἔδος. Cf. Osann, Midas oder Erklärungsversuch der Altesten gr. Inschr. p. 71. Welcker, Sylloge Epigr. Gr. p. 3. R. Rochette, Questions de l'histoire de l'art p. 25.

5) Apud Athen. XIV. p. 626 a.:

πρῶτοι παρὰ κρητῆρας Ἐλλήνων ἐν αὐλοῖς

συνοπαδοὶ Πέλοπος Ματρὸς ὁρείας Φρύγιον  
ἀσισαν νόμον

Eurip. Hel. 1301. Aristoph. Av. 746.

6) Aen. VI, 785. IX, 82.

7) Morell. Médailles du Roi XVII. Millin, G. M. LXXXIII, 351. vide nostram tabulam II, 8.

8) Creuzer, Abbildungen zur Symbolik. tab. IV, 5. et nostra tab. II, 7.

9) Winckelm., Mon. Ined. 25. et T. II. p. 31. Gerhard, Descriptio urb. Romae Vol. III, 2. p. 541. nostra tab. II, 4.

Huic sententiae non obstat quod Demetrius Scepsius<sup>10)</sup> Adrasteam eandem cum Diana esse dixit, quocum consentit Marcellus Sidetes, qui primum carmen Triopeum ita incipit<sup>11)</sup>:

*Πότνια Ἀθηνάων ἐπιήραντε Τριοπένεται,  
Ἡ τ' ἐπὶ ἔργα βροτῶν ὄράς, Ραμνεστας Οὐπι.*

Nam ut Cybele et Adrastea ὄρεια vocatur, ita etiam apud Pollucem V, 43.: 'Ορεῖα Ἀρτεμίς et in inscriptione Thyatirensi apud Spon. Misc. pag. 88.: 'Ορεῖς Ἀρτεμίς legitur; πολύμαχος vero Diana illa, quam Ephesii<sup>12)</sup>, et Artemis Lencophryne<sup>13)</sup>, quam Magnetes ad Maeandrum coluerunt, et ipsae deae omnium rerum genitrices fuerunt, quod testatur Cicero<sup>14)</sup> primam Dianam Jovis et Minervae filiam nominans, „quae pinnatum Cupidinem genuisse dicitur.“ Omnino autem omnes illae Deae in Asia anteriore cultae, Cybele Phrygum, Artemis Ephesiorum et Magnetum, Nemeses Smyrnaeorum, Adrastea Mysorum, Anaitis Armeniae, Alitta Arabum, Mithra Persarum, Astarte Phoenicum, Aphrodite Urania Cypriorum, Juno Samiorum nomine solum, non natura, differunt a magna illa Assyriorum Dea, Mylitta<sup>15)</sup>.

Cultus Veneris Uraniae sive Mylittae ab Assyria in Babyloniam, Phoeniciam et universam Asiam anteriorem translatus est, et libidinosa ista religio rudium populorum animos ita cepit, ut etiam in Judaeam ipsamque sacram Hierosolymorum urbem invaderet, mulierumque animos ita deliniret ut nec severis Jeremiae prophetae exhortationibus ab ea avocari possent<sup>16)</sup>. Phoenices cultum ejus in vicinam insulam Cyprum et Africam

10) Suid. s. v. Ἀδράστεια ..... Αημήτριος δὲ ὁ Σκῆψις Ἀρτεμίν φησιν εἰναι τὴν Ἀδράστειαν, ὡς ἀπὸ Ἀδράστου τινος ἴδομενην.

11) Herodis Attici quae supersunt ed. R. Fiorillo p. 30. Anthol. Pal. App. 50, 2. — Etym. M. Οὐπις, ἐπίθετον Ἀρτέμιδος, ἢ παρὰ τὸ ὄπιζεοθας τὰς τεκνός αὐτῆς· ἢ παρὰ τὴν θρηψαν αὐτὴν Οὐπιν· ἢ διὰ τὰς ἐπερβορέας κόρας, Οὐπιν, Ἐκαλεγην, Λοξώ· ἃς ἐτίμησεν Ἀπόλλων καὶ Ἀρτεμίς. Καὶ ἀπὸ μὲν τῆς Οὐπιδος ἢ Ἀρτεμίς ἐπις. Cic. de N. D. III, 23. tertiae (Diana) pater Upis traditur, Glauce mater; eam Graeci saepe Upim paterno nomine appellant.

12) Hieron. Ep. ad Ephes. prooemio: Ephesii Diana colentes, non hanc venatricem, quae arcum tenet atque succincta est, sed illam multimammiam. Statuam vide Mus. Pio- Clem. I, 31. Millin G. M. XXX, 108. 109.

13) O. Müller, Denkm. der alten Kunst. Tab. II, 14. Millin G. M. XXX, 112.

14) De Nat. D. III, 23.: B. Constant, de la

religion T. II. p. 402.: „A Delos elle est manifestement une puissance cosmogonique, car elle est la mère d'Eros, qui dans les theogonies est toujours pris pour la force créatrice.“ — De Delo nihil apud Ciceronom l. l. legitur.

15) Herod. I, 131.: καλίσσι δὲ Ἀσσύριοι τὴν Ἀρροδίην Μύλιττα· Ἀράβιοι δὲ Ἀλίττα· Πτεροῖαι δὲ Μύραν.

16) Jerem. XLIV, 17. 18. 19. 20. VII, 18. Μυγαράτην γαβλήν vocatur, quod LXX vertunt: βασιλεσσα τὸ σφανδ. Phoenices cultum Coelestis s. Reginas Coelestis Carthaginem transtulerunt, v. Eckhel D. N. V. T. VII. p. 183. Inscr. ap. Murat. XVII, 9. Invictae Caelesti Uraniae. cf. Gruter. 59, 4. 318, 4. Horat. Od. I, 30, 4. O Venus regina Cnidi Paphique, Sperne dilectam Cypron. III, 26, 9. O quae beatam Diva tenes Cyprum et Memphin carentem Sithonia nive Regina. Empedocles ap. Athen. XII. in. Ἄλλα Κύπρος βασίλεια, Την οἴγ' εισεβέσσαις ἀγάλμασιν ιλάσκονται.

transtulerunt, et Cypriae Deae nomen jam Homero usitatum<sup>17)</sup> tam manifeste probat, etiam Graecos hanc religionem ex Oriente accepisse, ut vel acerrimus Graecorum aboriginum defensor, Odofredus Müllerus, concederit<sup>18)</sup>. An Venus in Aegyptiorum pantheon ex Assyria illata sit, nullo quidem anctorum veterum testimonio confirmatur, sed comparatis monumentis ita probabile videtur, ut cum Virgilio dicamus: „Te saxa loquuntur.“ Inter anaglypha rupi praeruptae incisa, quae anno nostri seculi quadragesimo quinto Rouet, Francogallus, in Chaldaeorum vico, Malthai, quindecim fere horas ab urbe Mosul distante, prope pugnae ad Arbela commissae locum detexit<sup>19)</sup>, Mylittam videmus<sup>20)</sup>, amplo pallio velatam, in leone stantem, in capite polum gerentem, cuius fastigio stella imposita est. Venerem planetam esse censemus, quam Assyri antiquissimis temporibus adoraverunt<sup>21)</sup>, antequam Deos humana figura repraesentare coeperunt. Polo cornua tauri, qui Veneri sacer fuit, affixa sunt. Similem figuram anno hujus seculi tricesimo quarto Carolus Texier<sup>22)</sup>, Francogallus, in itinere per Asiam minorem facto, detexit prope vicum Bogház-Keuï, haud procul a vastis urbis antiquae ruinis, quas ipse Pterio, alii Soando<sup>23)</sup>, W. J. Hamilton<sup>24)</sup>, Anglus, qui locum hunc duobus post Texierum annis visit, Tavio, Galatiae metropoli, tribuit. Hodierni incolae locum ab anaglyphis saxo insculptis Yazili-Kała, i. e. rupem inscriptam, vocant. Dea longa veste induita, coronam muralem in capite gerens in leone stat, cuius pedes quatuor totidem abruptis saxi verticibus impositi sunt; a dextro ejus latere anterior tauri unicornis pars conspicitur, quem Layardus<sup>25)</sup> et Weissenbornius<sup>26)</sup>, qui delineationem hujus Deae repetiverunt, omiserunt. Dextra sceptrum tenet, cui lunae nascentis signum infixum est, sinistra crucem ansatam.

Cum his duabus figuris mire quam consentit anaglyphum Aegyptium, quod ab H. E. Prisse<sup>27)</sup>, Anglo, e sanctuario templi, quod est in Nubiae loco, Abou-Sembil dicto,

17) II. V. 330. 422. 458. 760. H. in Ven. 2. Notatu dignum, quod in Odyssea nomen hoc non invenitur.

18) V. Script. min. german. p. 54.: „Referent wird stets dafür sein, wenn man die Aphrodite der Griechen ganz oder zum Theil für die syrische Astarte erklärt, was ja auch die alte Poësie, weit entfernt den fremden Ursprung zu verschleiern, durch ihr *Kunps*; so offen und unbefangen darlegt.“

19) V. Augsb. Allg. Zeitung 1846. nro. 41. Append.

20) Effigiem ejus vide apud Layardum: Nineveh and its remains, fig. 23. ed. German. et in nostra tab. I, 2.

21) Cic. de Divin. I, 4. principio Assyri, propter planitatem magnitudinemque regionum quas incolebant, cum coelum ex omne parte pa-

tens et apertum intuerentur, trajectiones motusque stellarum observaverunt.

22) Ch. Texier, Description de l'Asie mineure, Paris 1839. T. I. tab. 78. Cf. nostram tab. I, 3.

23) V. Journal des savants, Jun. 1831. p. 370.

24) Researches in Asia minor, Pontus and Armenia, London 1842. I, 391. Journal of R. Geogr. Soc. Vol. VII. p. 74.

25) I. l. fig. 82.

26) H. J. C. Weissenborn, Ninive und sein Gebiet mit Rücksicht auf die neuesten Ausgrabungen im Tigristhale, Erf. 1851. Tab. II, 7.

27) H. E. Prisse, Monuments égypt. tab. XXXVII. Layard, Recherches sur le culte, les symboles, les attributs, et les monuments figurés de Vénus en orient et en occident, Paris 1849. Tab. XIV. E. Cf. nostram tab. I, 1. Figuram medium exhibet Layard, Nineveh etc. fig. 23.

in Museum Britannicum translatum est. Media inter Ammonem, qui elementum masculum repreäsentat et Ranpo sive Renpho, quem exterum Deum esse censem, Venus sive Athor leone gradiente superstat, nuda, dextra loti fasciculum, sinistra duos angues tenens. Omnia in hac figura ab Aegyptiae artis ratione aliena sunt, quippe quae Deas neque nudas, neque omnino Deos animalibus superstantes effinxit et in anaglyphis figuratas rarissime adversa, sed fere constanter obliqua<sup>28)</sup> facie repreäsentavit. Ipsa autem lineamenta multo molliora sunt multoque magis naturae convenient, quam in reliquis Aegyptii caeli operibus. Quare in promtu est hanc Deam e patria sua Assyria in Aegyptiorum pantheonum immigrasse eo tempore, quo prosperis, quas Ramesses II. in Assyriam fecit, expeditionibus arctius inter utramque terram commercium constitui coeptum est; et revera in anaglyphe aegyptio Musei Britannici<sup>29)</sup> Ramesses II. Deam Assyriam venerans conspicitur. Doctus illius Musei interpres, Sam. Birchius<sup>30)</sup>, cuius magna est in his rebus auctoritas, Deos Assyrios, Baal<sup>31)</sup> et Astarten, Renpu S. Reseph, Ken et Anatam s. Anaitim inde a dynastia XVIII. et XIX. in Aegyptiis monumentis inveniri statuit, quocum consentiens Layardus<sup>32)</sup> observat, loti flores, similes iis, quos Dea dextra tenet, in antiquissimo, quod e colle Nimrud erutum est, palatio nondum inveniri, contra a personis alatis, quae in anaglyphis palatii in pago Khorsabad a cl. Botta detecti et posteriori, quam illud, aetati vindicandi conspiciuntur, gestari. Neque obstat quod Dea in Nubia culta nuda est, reliquae, cum quibus comparatur, velatae; nam in Assyrio cylindro<sup>33)</sup> eodem fere modo

28) Ex innumeris anaglyphis paucas exceptiones praebent Minutoli, Reise zum Tempel des Juppiter Ammon Tab. XXI. 3. Rosellini, Mon. Civ. XV. LXIII.

29) Egyptian Room. nr. 308. cf. Layard l. l. p. 300.

30) Sam. Birch, Observations on two Egyptian cartouches, recently found at Nimroud, in Transactions of the R. Society of Litterature, sec. series Vol. III. P. 1.

31) Vide Macrob. Sat. I, 25.: „Assyrii quoque Solem sub nomine Jovis, quem Dia Heliopoliten cognominant, maximis caeremoniis celebrant in civitate, quae Heliopolis nuncupatur. Ejus Dei simulacrum sumtum est de oppido Aegypti, quod et ipsum Heliopolis appellatur, regnante apud Aegyptios Senemure, seu idem Senepos nomine fuit: perlatumque est primum in eam per Opiam legatum Deleboris regis Assyriorum, sacerdotesque Aegyptios, quorum princeps fuit Partemetis; diuque habitum apud Assyrios postea Heliopolim commigravit. Cur ita factum, quaque ratione

Aegypto profectum in haec loca, ubi nunc est, postea venerit, rituque Assyrio magis, quam Aegyptio colatur, dicere supersedi, quia ad praesentem non attinet causam. Hunc vero eundem Jovem Solemque esse, cum ex ipso sacrorum ritu, tum ex habitu dinoscitur. simulacrum enim aureum specie imberbi instat, dextra elevata cum flagro in aurigae modum; laeva tenet fulmen et spicas: quae cuncta Jovis Solisque consociatam potentiam monstrant. Hujus templi religio etiam divinatione praepollet, quae ad Apollinis potestatem refertur, qui idem atque Sol est. vehitur enim simulacrum Dei Heliopolitani ferculo, uti vehuntur in pompa ludorum Circensium Deorum simulacra: et subeunt plerumque provinciae proceres, raso capite, longi temporis castimonia puri; ferunturque divino spiritu, non suo arbitrio, sed quo Deus propellit vehentes.“

32) Layard l. l. p. 300.

33) Editus est apud Lajard sur le culte de Vénus tab. 28.

repraesentata est, et in antiquissimo, quod sub colle Nimrud latuit, palatio, duas ejusdem Deae imagines ab inferiore parte nudas Layardus <sup>34)</sup> invenit, quarum delineationem cur nobis inviderit, minus intelligimus.

Sicut tres illae Deae leonibus superstant, ita Syria Dea Hierapoli, quae a Junonis Assyriae cultu nomen accepit <sup>35)</sup>, magnis caerimoniis culta a leonibus gestata fuit <sup>36)</sup>, et Macrobius sub Assyriae Deae, quam Adargatin vocat, simulacro species leonum fuisse refert <sup>37)</sup>. Similitudo, quae inter hanc Deam et Cybelen leonibus vehementem intercederet, non fugit Macrobius oculos. Eodem modo Diodorus duobus leonibus, qui Babylone aureo Veneris Uraniae solo utrinque adstabant, inductus esse videtur, ut Deam Rheam appellaret <sup>38)</sup>. Duo vero serpentes immensae magnitudinis, ex argento facti, qui prope Deam erant, in animum nobis revocant Aegyptiam illam Venerem, quae sinistra manu duos serpentes comprimit <sup>39)</sup>, et gemmam Babyloniam <sup>40)</sup>, coni forma scalptam, in qua androgyna Veneris imago utraque manu serpentem tenens repraesentatur.

Eiusmodi simulacra non potuerunt non Phidiae animo obversari, quum Athenis in Metroo Deorum Matrem, cymbalum manu tenentem, leonibus sub solio cui insidebat stratis, fingeret <sup>41)</sup>, cujus operis imitationem anaglyphum Musei Vaticani exhibere videtur <sup>42)</sup>.

Ex his quae exposuimus, satis apparebit, quam late Deae Assyriae cultus per omnem Asiam anteriorem pervulgatus fuerit; et tam altas radices haec religio in hominum animis egerat, ut usque ad Constantini M. aetatem Aphacaee <sup>43)</sup> in Coelesyria, Heliopoli et Hierosolymis templa ejus magna venerantium frequentia gauderent. Quae superstitione quum religioni Christianae maxima impedimenta opponeret, Constantinus templa illa igne ferroque destrui jussit <sup>44)</sup>. In Arabia autem vel septimo p. C. n. seculo cultus hujus Deae

34) Layard l. l. p. 301.

35) Luc. de Dea Syr. 1.

36) Luc. l. l. 34. τὴν μὲν Ἡρᾶν λιοτες φέρει.

37) Sat. I, 23.: „Et, ne sermo per singulorum nomina Deorum vagetur, accipe, quid Assyrii de solis potentia opinentur. Deo enim, quem summum maximumque venerantur, Adad nomen dederunt. ejus nominis interpretatio significat, un u. s. hunc ergo ut potentissimum adorant Deum: sed subjungunt eidem Deam, nomine Adargatin; omnemque potestatem cunctarum rerum his duobus attribuunt, Solem Terramque intelligentes; nec multitudine nominum enuntiantes divisam eorum per omnes species potestatem, sed argumentis, quibus ornantur, significantes multiplicem praestantiam duplicitis numinis. ipsa autem arguments Solis rationem loquuntur. namque simulacrum Adad insigne certinatur radiis inclinatis. quibus monstratur, vim

coeli in radiis esse Solis, qui demittuntur in terram, Adargatis simulacrum sursum versum reclinatis radiis insigne est, monstrando, radiorum vi superne missorum enasci, quaecunque terra progenerat. sub eodem simulacro species leonum sunt, eadem ratione terram esse monstrantes, qua Phryges finxere matrem Deum, id est, terram leonibus vehi.“

38) Diod. II, 9.

39) Vide tab. I, 4.

40) Apud Lajard., Culte de Vénus Tab. I, 4. nostra tab. I, 5.

41) Arrian. Peripl. Pont. Eux. p. 9. Paus. I, 3, 4.

42) V. Hirt, Bilderb. I, 4.

43) V. Real-Encyclopädie der class. Alterthumsw. s. v.

44) Euseb. in Vit. Constant. III, 53. Socrat. Hist. eccl. I, 17. 18. Sozom. Hist. eccl. II, 4.

florebat, quo factum ut Osmanus satrapa Veneris templo, quod Bayt-Gondan vocabatur, everso occideretur. Eadem de causa etiam post Mohammedum omnes Arabes, qui Christianam religionem amplexuri essent, se magnae Deae, quam El-Khabar vocabant, cultu abstinere velle solemni jure jurando promiserunt<sup>45)</sup>: Ἀναθεματίζω καὶ αὐτὸν τὸν εἰς τὸν Μάκη<sup>46)</sup> οἶκον τῆς εὐχῆς, ἐν ᾧ φασι κεῖσθαι μέσον λιθον μέγαν, ἐπεύπομα τῆς Ἀφροδίτης ἔχοντα. — — Ἀναθεματίζω τὸς προσκυνήντας τῷ πρωΐνῳ ἀστρῳ, ἦγεν τῷ ἑωσφόρῳ<sup>47)</sup>, καὶ τῇ Ἀφροδίτῃ, ἵνα κατὰ τὴν Ἀράβων γλώσσαν χαράρ ὄνομά-ζειν, τετέστη μεγάλην.

Haec omnia si consideramus, dubitare vix possumus, etiam Adrasteam, quae in Asia minori colebatur, ejusdem Deae Assyriae nomen singulare fuisse. Illam in Phrygia eandem cum Cybele fuisse supra demonstravimus. Jam si ruinae apud pagum Boghaz-Keu'i detectae Pterio antiquo vindicandae sunt, urbem in Phrygia, si Soando, in Phrygiae et Cappadociae finibus, si Tavio, in Galatia sitam habemus. Quamcunque sententiam amplectaris, quaero, an alias in his locis Deae cultum cognitum habeas, quam Cybeles et Anaitidis, quae utrisque Comanis<sup>48)</sup>, praesertim autem Cappadociis, Zelis in Ponto<sup>49)</sup>, in Armenia<sup>50)</sup> et Persia<sup>51)</sup> magnis caerimoniis culta est et a Strabone (XII, 36. p. 559) Ἀφροδίτη vocatur.

Quae quum ita sint, etiam de Adrasteae sacro prope Aesepum quid sentiamus pronuntiare possumus. Aesepus Mysiam et Troadem interfluxit, Troas autem jam ante bellum Trojanum intimis cum Assyria vinculis juncta fuit. Et primum quidem notatu dignum videtur, quod Assaracus, Trois filius, Anchisae avus<sup>52)</sup>, summi Assyriorum Dei, Assarak, nomen gerit, more Assyriis consueto, quo reges eorumque filii Deorum nomina ferunt. Deinde Ctesia<sup>53)</sup> auctore Priamus tempore belli Trojani dynasta fuit Teutamo, Assyriorum regi, subditus. Quapropter illi imminentे Graecorum expeditione Memnone, qui tum Persiae satrapa fuit summaque apud Assyriæ regem auctoritate floruit, duce decem millia Aethiopum totidemque Susiani cum ducentis quadrigis auxilio missi sunt. Ctesiae fidem firmis argumentis probare cum neque locus, neque tempus, neque animus, neque facultas admittat, dubitassem haec referre, nisi Platonis<sup>54)</sup> auctoritate firmata essent. Non disputo de numero nec de armis militum, sed antiquam de utriusque gentis commercio traditionem huic narrationi subesse recte conjicere mihi videor. Quod si ponimus, etiam sacrorum, quae summo studio pervulgare enisi sunt Assyriorum reges<sup>55)</sup>, commu-

45) V. Lajard, Culte de Vénus p. 107. Formulam descripsit Millerus e bibliothecæ Parisiæ codice Graeco nr. 364. fol. 47.

46) i. e. Mecca.

47) Cod. ἑρόρων, correxit Lajard.

48) V. Crenzer, Symbol. II, 354. ed. 3.

49) Strab. XI. p. 512. XII. p. 559.

50) Strab. XI. pag. 532. 559. Plin. H. N. IV, 20. Dio Cass. XXXVI, 32—36.

51) Strab. XV. p. 733.

52) Il. XX, 239. V. Weissenborn l. l. p. 43.

53) Apud Diod. Sic. II, 22.

54) De legg. p. 685 D.

55) In annalibus obelisco, qui e colle Nimrud

nionem statuere debemus, et Adrastea prope Aesepum culta vix poterit alia esse quam Assyria Dea<sup>56)</sup>.

Et jam quidem rem eo deduxisse nobis videmur, ut de nomine Adrasteae possimus quaerere. A Graecis auctoribus hac de re nihil, quod bonae frugis sit, possumus exspectare, nam populo huic optimis ingenii dotibus instructo, in quem boni Dii omnia munera largissime contulerunt, invida Parca etymologiae sensum

*γεινομένῳ απένευσε λίνῳ, ὅτε μεν τέκε μήτηρ.*

Antimachum et Callisthenem nomen ab Adrasto rege derivasse jam supra attigimus, sed nec in hac, nec in aliis quas Scholiasta<sup>57)</sup> Platonis congesgit, argutiis („Αδράστεαν καλέσιν, ὅτε περ ὡς ἄν τις αὐτὴν ἀποδράσειν<sup>58)</sup>), η ὅτι ἀειδράστεια τις οἶνος ἐστιν, ὡς ἀεὶ δρῶσα<sup>59)</sup> τὰ καθ' ἑαυτὴν, η ὡς πολυδράστεια, πολλὰ γὰρ δρᾶ, τῷ ἀλφα πλῆθος δηλώντος“<sup>60)</sup> refutandis oleum et operam perdere in animo est, nam talia commenta non infantiam populorum, sed umbraticorum grammaticorum scholas olere ut sentiamus, non opus est naribus nimis emunctis. Quare quum neque Graeci neque nostrae aetatis viri in linguarum radicibus inquirendis versati aliquam, quae ad rem faciat, etymologiam in medium proferre possint, ab Oriente, unde cultus Deae emanavit, etiam nomen ducere cogimur.

Aegyptium Veneris nomen fuit Athor<sup>61)</sup>. Idem nomen si etiam βῆς<sup>62)</sup> significat, id quidem neminem offendet, qui Venerem in Aegyptiis monumentis modo humana figura<sup>63)</sup>, modo vaccino capite humano corpori imposito<sup>64)</sup>, modo vaccinis auribus venustae mulieris

---

dicto erutus est, insculptis et ab Ill. Rawlinsono, qui Martis Musarumque cultum prosperrimo successu conjunctum habet (the Nimroud — Obelisk. p. 28. 33), explicitis, rex in quavis expeditione patriis Diis aras a se erectas, aliasque terras Assaraci, alias Rimmonis patrocinio subditas esse testatur.

56) Alia huc spectantia exposuimus in VII. epistola de Museo Britannico, v. Allg. Zeitung 1852. nr. 36. Additam.

57) Ad Plut. Rep. V. p. 928. ed. Bait. et Or.

58) Consentunt Aristot. de mundo 7. Stob. Ecl. p. 190. Heeren. Hesych. Corn. de Nat. Deor. 13. Appul. de mundo p. 75. (Adrastea, eademque ineffugibilis) et nuperimus mythologiae auctor, J. Minckwitz, illustrtes Taschenwörterbuch der Mythologie 1852. „Adrastea — wörtlich die Unentfliehbare.“

59) „Quo minus a δρᾶν ducatur, vel forma obstat Jonica Ἀδρητος et Ἀδρητη· nunquam enim a verbi δρᾶν in η transit, siquidem etiam δρητηρη non tam ἀγατη· significat, quam δρᾶ-

νονον, nunciis perferendis idoneum. Quam probabilius (?) contra est prior illa [origo], ex Aristotele desumpta, Hesychio quoque et Riemero probata. Itaque hoc nomen, non ante Aeschylum illud lectum, proprie Nemesis cognomen fuerit, i. q. Ἀφντος.“ Doederl. de ἀλφα intensivo, Erl. 1830. p. 6.

60) Novam interpretationem adjecit Creutzer Symbol. III. p. 107. „Die hindernde, die Rathschläge rückgängig machende, sic zernichtende.“ Dicit igitur ab α privativo et δρᾶν.

61) Etym. M. Ἀθέρ ὁ μῆν. καὶ τὴν Ἀρρόδιτην Αἰγύπτιοι καλοῦσιν Ἀθύρ· καὶ μῆνα γε τὸν τρίτον τῷ ἔτους ἐπώνυμον ταύτη πεποιηκασιν. οὕτως Ὡρίων.

62) Hesych. Ἀθύρ· μῆν, καὶ βοῦς παρὰ Αἰγύπτιος.

63) Vide Wilkinson, a second series of the manners and customs of the ancient Egyptians, Lond. 1841. Tab. 36, 1.

64) V. Wilkinson l. l. nr. 4. Bunsen, Aegyptens Stelle in der Weltgeschichte. L. I. Tab. X. infra.

capiti affixis <sup>65</sup>), modo vaccae <sup>66</sup>) specie repraesentatam vidit. Eiusdem radicis est nomen Thor, quod teste Plutarcho <sup>67</sup>) apud Phoenices vaccam significat idemque esse videtur quod hebraeum רֵשׁ, quod bovem utriusque generis significat. Thor igitur et, praefixo a, Athor in Phoenicia et Aegyptia lingua communem radicem habuerunt, et apud hos Athor Deam, cui vacca sacra fuit, i. e. Venerem, significavit, et sub hoc nomine Veneris cultus in Asiam minorem translatus est <sup>68</sup>). Radicem semiticam esse et unâ cum cultu Veneris ex Assyria in Aegyptiorum sacerdotum usum transiisse probabile mihi videtur, sed cum praeter hebraeam nullam Orientis linguarum cognitam habeam, nolo immorari rebus, de quibus nonnisi ii, qui totius harum linguarum stirpis periti sunt, judicare possunt. Nostrum vero in usum sufficit, morem vocabula ab exteris nationibus tradita propriae linguae formis atque notionibus accommodandi omnibus populis communem multis exemplis comprobatum tenere, ut eandem licentiam, qua Etrusci Graecum nomen *"Ἄθρος"* in ATDESΘΕ transformaverunt <sup>69</sup>), Graecis etiam concedamus, quibus barbarum nomen Athor in familiarem Adrasteae formam mutare placuit.

Plutarchus sacerdotum Aegyptiorum fide tradit, Isidi praeter alia nomen esse *"Ἄθρος"* sive *"Ἄθνη"* <sup>70</sup>), quapropter ut Veneris ita et Isidis capiti vaecina cornua imposita

65) Talia capita, quibus pulchriora nunquam fecit ars Aegyptia, columnis templorum Tentyris et Abou-Simbil imposta multisque sacris utensilibus affixa sunt. Vide Wilkinson l. l. p. 392. nostr. tab. I, 4.

66) V. Wilk. l. l. et nostr. tab. II, 4. Cf. Aelian. H. A. X, 27.: Κύμη Αιγυπτία Χωσαὶ τὸ σύνομα—ταλεῖ δὲ ἐς τὸν Ἐρμονοπόλιτην νομόν, καὶ μικρὰ μὲν δοκεῖ, χαρίσσα μὴν — ἐν ταύτῃ σέβονται Ἀφροδίτην Οὐρανίαν αὐτὴν καλοῦντες. Τεμῶσι δὲ καὶ θύλεσαν βοῦν, καὶ τὴν αἰτίαν εἰσινην λέγοντες πεπιστεύκασιν αὐτὰς προσήκειν τῆδε τῇ δειμονα. Πτολαν γὰρ εἰς ἀφροδίσια λοχιράν ἔχει ἐκεῖνος βοῦς θῆλυς, καὶ ὄργανον τοῦ ἀρδέντος μαλλιῶν ἀκούσασα γοῦν τοῦ μυκήματος εἰς τὴν μίξιν θερμότατα ἐξηγεύεται καὶ ἐπιτίθεται· καὶ οἱ ταῦτα γε σινεδεῖν δειποῦ καὶ ἀπὸ τριάκοντα σαδίων ἀκούσιν ταῖρον βοῦν, ἐρωτικὸν σύνδημα καὶ ἀφροδίσιον μυκαμένον, φασι. Καὶ αὐτὴν δὲ τὴν Ισιν Αιγύπτιοι βούκεψαν καὶ πλάττουσι καὶ γράφουσιν.

67) Sulla p. 463. 13. Θώρος γὰρ οἱ Φοίνικες τὴν βοῦν καλοῦνται. Ut Syrii et Assyrii, ita Thor et Athor idem vocabulum est.

68) Cf. Zoëga, Tyche und Nemesis, in G. Zoëga's Abhandlungen, herausg. von Welcker 1817. p. 41.: „Das Wort Nemesis ist der Adrastea an-

geeignet worden, einer aus dem Morgenland nach Hellas gelangten Gottheit, der selben als Aphrodite Urania, in Ägypten Athor oder Adsjora genannt, in Phönicien Asthoreth, die Verpersönlichung des nächtlichen Himmels, die mit Recht die schönste von allen Göttinnen genannt worden ist, welche aus dem Schoos des Vaters Okeanos hervorgehen, und in deren mit Sternen besätem Peplos der Irrthum der Völker die Beschlüsse des Schicksals zu lesen geglaubt hat; weshalb Platon und die sogenannten Orphiker Adrastea als die Gesetzgeberin der Seelen und der Götter gepriesen haben.“

69) In gemma celeberrima, quae quinque heros de bello Thebano deliberantes exhibet, Lanzi saggio di lingua Etrusca II, 8. nr. 7. Millin G. M. CXLIII. 507.

70) Plut. de Is. et Os. c. 56. p. 374. B. *"Ἄθνη"* dicit significare οἶκον "Ὥρον κόσμον": de qua re Wilkinson l. l. p. 387. „Thy-hor, Tei-hor, or Eit-hor, the house of Horus, is a literal translation of her hieroglyphic name; which consists of a hawk, the emblem of Horus, within the character representing a house“. Cf. Parthey ad l. p. 253.

sunt<sup>71</sup>), et ita communicatis utriusque Deae symbolis<sup>72</sup>) vice versa Athor curam Horum, quem in innumeris Aegyptiae artis monumentis ab Iside lactatum videmus<sup>73</sup>), nutriendi suscepit. Similiter Astarten Phoenicum taurinum caput habuisse testatur scriptor antiquissimus, San-choniathon<sup>74</sup>): a Phoenicibus autem et imago et cultus Deae in insulas maris magni et in Graeciam translatus est. Cadmus cum suis in Boeotiam profiscens ducem itineris vaccam habuisse fertur, quam patriae ejus Deae sacram fuisse apparet ex eo, quod in utroque latere album plenae lunae signum habebat (Paus. IX, 42, 1.). Boves Veneri immolatos esse Theocritus testatur, qui in Sicilia, Phoenicarum religionum plena, vixit (Id. XXVII, 63.):

*\*Πέτω πόρτιν "Ερωτε, καὶ αὐτῷ βῶν Ἀφροδίτῃ.*

Orientalium mori praecepta religionis suae per imagines exprimendi praecipue conuenit vaccae vitulum lactantis imago, quam multis gemmis opere admodum rudi in scalptam videmus<sup>75</sup>), et ne dubitare possimus de significatione imaginis, in una earum, quam in tabula nostra II, 41. proponimus<sup>76</sup>), super vacca stellam Veneris positam videmus. Imaginem hanc a Graecis adoptatam esse testatur antiquissimum Graecae artis monumentum, quod Xantho Lyciae in Museum Britannicum translatum est et ab Harpyiis in eo conspicuis nomen accepit<sup>77</sup>). Eadem in multis civitatibus publico cultu gavisam esse, apparet ex nummis publica auctoritate excusis Cyzici<sup>78</sup>) et Carysti Euboeae<sup>79</sup>). Frequentissimi et vel in parvo nostrae Academiae museo satis numerosi<sup>80</sup>) sunt Corcyrae, Apolloniae et Dyrrachii nummi, in quibus aut vacca, aut vacca vitulum lactans, aut vitulus prope vaccam stans aut anterior vaccae pars excusa est<sup>81</sup>).

71) vide not. 64. fin.

72) Wilk. I. l. p. 383. „It must indeed be admitted, that Isis, even in olden times, was sometimes figured in Egyptian sculpture with a cows head, as well as with a headdress surmounted by the horns of Athor; but she then assumed the attributes of that Goddess, — a custom which i have shown (p. 245) to be common to many Egyptian Deities, who frequently appeared with the emblems and even under the form of other members of the Pantheon“.

73) V. Wilk. I. l. Tab. 35. A. 3. nostr. tab. II, 3.

74) Fragm. p. 34. ed. Orelli. Adde Phil. Bybl. apud Euseb. Praep. Ev. I, 10. ‘Η δὲ Ἀστάρη ἐπέθηκε τῇ ιδίᾳ κεφαλῇ βασιλεῖς παράσημον κεφαλὴν ταῖς ρούν.... Τὴν δὲ Ἀστάρην Φοίνικες τὴν Ἀφροδίτην εἶναι λέγουσι. V. Movers, die Phönizier Vol. I. p. 377. — Etiam Juppiter i. e. Moloch (Μόλων) Phoenicum tauri caput habuit,

vide dissertationem nostram de Minotauro in Real-Encyklop. d. class. Alterthumsw. Vol. V. p. 75.

75) V. Lajard Culte de Vénus Tab. XIV. G.

76) Prostat in Museo Caesareo Vindobonensi v. Lajard I. l. Tab. XIV. G. 10.

77) Delineatum dedit et explicuit Th. Panofka Archäol. Zeitung 1843. nr. 4. Cf. E. Braun in Mus. Rhenano Nov. Scr. 1845. p. 481.

78) Sestini, Stat. ant. Tab. IV. fig. 23. p. 33.

79) Mion. descr. de Méd. ant. T. II. p. 302. nr. 15.

80) Fundamenta ejus jecit C. S. Tux, qui collectionem nummorum Academiae nostrae anno superioris seculi paenultimo legavit. V. D. Lebret, recitatio Sept. a. 1800: de Museo Numario ab amicissimo viro Tuxio academie nostrae in usus publicos legato. Cfr. nostram expositionem in Mus. antiquariorum Rhenan. a. 1846.

81) V. Mionnet I. l. T. II. p. 28—44. Suppl. T. III. p. 316. nr. 4.

Si quis vero dubitet, an apud Graecos etiam altior huic imagini sensus tributus sit, eum monitum volumus, has urbes colonias esse Corinthi, quae antiquissimo cum Phoeniciis commercio juncta fuit et libidinosum, quo notata fuit, Veneris cultum ab illis accepit. Praeterea urbes illas jam antiquo tempore cum Boeotia, Phoenicum colonia, conjunctas fuisse, apparet ex Phylarchi<sup>82)</sup> narratione, Cadmi et Harmoniae sepulcrum in Illyria esse. In templo Veneris, quod erat in arce Corinthi, statua Deae armatae cum Sole et Amore telum tenente stetit (Paus. II, 4, 7.). Eorundem Deorum cultum testatur nummus Dyrachii, in quo super vacca vitulum lactante radiatum Solis caput conspicitur<sup>83)</sup>. Cum hoc consentit alius Musei Tubingensis<sup>84)</sup> nummus, in quo super vacca aquila expansis alis conspicitur, quae, quoniam *αιετὸς ὄρνιθων ὀξυωπέστατος*<sup>85)</sup>, Soli sacra fuit. In duobus aliis Musei nostri nummis<sup>86)</sup> avem minorem super vacca videmus, columbae similem, quae quem Veneri sacra fuerit, idem valet quod stella Veneris, quam in gemma supra prolata et in quarto Musei nostri nummo videmus. Nonne in his nummis, quos primo loco posuimus, antiquo, quem colonia in elegantioribus artibus minus profecta conservavit, Orientis more eandem imaginem repraesentatam videmus, quam metropolis, commercii et divitiarum ope artium cultu florentissima, Graecum genium secuta consociatis Solis, Veneris et Amoris statuis expressit? Itaque insigni hoc exemplo videmus, quomodo Graeci, qui pulchritudinis cultum tanquam proprium munus a Diis bonis sortiti sunt, vaccae vitulum lactantis<sup>87)</sup> ab Oriente traditae imagini libero genii lusu sive Venerem substituerunt cum Amore ludentem, sive Deam *κουρορόφον*, de qua Nicomedes Smyrnaeus (Anthol. Gr. T. II. p. 382) canit:

*Κύπριδι κυροτρόφῳ δάμαλιν φέζαντες ἔφηβοι  
Χαίροντες νύμφας ἐκ Θαλάμων ἄγομεν.*

Raram hujus Deae statuam duos infantes vestis suae gremio condentem nuper in Museo Berolinensi illustris illius templi mystagogus, Odoardus Gerhardus, agnovit<sup>88)</sup>.

Eadem imagine Aegyptii Isidem vel Venerem Horum lactantem expresserunt<sup>89)</sup>. Sed haec etiam terra, quae a sacerdotum hereditariorum collegio per plura millia annorum

82) Apud Athen. XI. 6. p. 462. B; in Frgm. Histor. Graec. ed. Müller T. I. p. 345.

83) V. Lajard, le culte de Vénus p. 166. cum tab. XIV. H. nr. 2. nostra tab. II. 6.

84) V. tab. nostr. II. a.

85) Acl. H. A. I, 42. J. Nork in lexico etymologico-symbolico-mythologico, (I. p. 13.) quod ad modum Aegypti (Od. IV, 250) continet

*Φάρμακα πολλὰ μὲν ἵσθλὰ μεμιγμένα,  
πολλὰ δὲ λυγρά,*

laudat Bochart Hieroz. II, p. 174. quem videant, qui possident.

86) V. tab. nostr. II. b.

87) Imaginis hujus sensum ita explicuisse, ut nullus dubitationi locus supersit, insigne meritum est Lajardi: Mémoire sur une urne funéraire du musée de Lyon, in Nov. Annal. Institut. archaeolog. T. II. p. 411. et in libro modo laudato p. 166.

88) Berlins antike Bildwerke, Vol. I.

89) V. gemmam ap. Caylus, Recueil IV. tab.

ab omni religionis, litterarum et artium progressu prohibita fuit, libero Graeci, quod ab Alexandro M. ejusque successoribus illatum est, ingenii afflato tantam rerum mutationem experta est, ut juxta monstruosa ista Veneris bovino aut leonino<sup>90)</sup> capite instructae simulacra, quae venerari nunquam desiit inveterata indigenarum superstitione, in ipsa illa urbe, quae a Veneris cultu nomen tulit, venustae hujus Deae, a superiore parte nudae, ab inferiore velatae, extensa dextra Amorem gerentis, inter duos leones stantis, imagines expositae essent, quales in Trajani nummis Aphroditopoli cisis conspicimus<sup>91)</sup>.

Etiam in Etruriam a Tyrrhenis, qui e Lydia antiquissimis vinculis cum Assyria regibus juncta<sup>92)</sup> emigraverunt, hanc effigiem translatam esse patera inter magnificam monumenti antiqui Caere nuper detecti supellectilem inventa testatur<sup>93)</sup>.

---

XII, 11. et III, p. 34. 35. R. Rochette, Mémoire sur l'Hercule Assyrien et Phénicien p. 109. not.

90) Deam Athor etiam leonino capite fictam fuisse, demonstravit Lajard, le culte de Vénus p. 151. Idem sagacissimus artis Asiaticae aestimator in tertia laudati operis parte (sur le taureau et le lion considérés comme attributs caractéristiques de Vénus en orient et en occident) de ratione, qua ductae illae gentes taurum et leonem Veneri *sacrum* esse censurint, tam præclarare disseruit, ut verba ejus ex libro, qui in paucis nostratum manibus versatur, adponere placeat p. 222. 23.: „Que si l'on se demande pourquoi l'antiquité avait choisi ces deux animaux pour être les hiéroglyphes idéographiques, l'un, du principe humide, l'autre, du principe igné, la réponse à cette question ne peut embarrasser qui-conque voudra considérer attentivement la constitution physiologique et les mœurs du taureau et du lion. Le premier, animal herbivore et ruminant, animal aux formes lourdes et massives, habite les pacages, c'est-à-dire les lieux bas et humides, de même que les grandes masses d'eau et les fleuves occupent les portions basses de la terre. Ses deux estomacs et ses déjections sont essentiellement humides; son urine est proverbialement abondante; sa femelle est la première des nourrices parmi toutes les espèces animales. Très-adonné, comme la vache, à la copulation, ardent, impétueux, féroce même dans ses amours, dépourvu d'intelligence, peu susceptible d'être apprivoisé sans la castration, le tau-

reau, quadrupède polygame, résume, pour ainsi dire, en lui-même les idées que l'antiquité se formait sur la vie et la génération, sur le rôle de l'eau dans les phénomènes de la génération et de la reproduction, sur l'obstacle qu'opposent au développement des facultés intellectuelles, comme des qualités morales, une constitution humide et un penchant habituel à l'acte de la copulation.

Au contraire, le lion, animal carnassier, élancé dans sa taille, agile et souple non moins que vigoureux, doué d'une constitution sèche, ardente, ignée même, dédaignant l'eau, ne voulant se repaître que de la chair et du sang des quadrupèdes herbivores ou frugivores, mais ennemi aussi magnanime que courageux, et cessant de répandre la mort au moment où sa faim est assouvie; le lion, chaste dans ses amours, fidèle à une seule compagne, résume en lui-même les idées de l'antiquité sur la nature du feu, sur le rôle de cet agent dans les phénomènes de la génération et de la reproduction, sur le développement de l'intelligence dans les animaux carnassiers, sur la supériorité des facultés intellectuelles et des qualités morales de l'homme doué d'une constitution sèche ou ignée.“

91) V. Lajard I. I. tab. nostr. tab. I.

92) Herod. 1, 7.: „Ἄγρων πὲ γὰρ οἱ Νιφοί, τοῦ Βῆλος, τοῦ Ἀλκαιού, πρῶτος Ἡρακλεῖδες πασιτεύειντο Συρδίου.

93) Grifi, Monum. ant. de Cere tab. IX, R. Rochette loco modo laudato.

Insignibus quae Asiatica religio Veneri tribuit, addenda est zona pectori submissa, qua castitatis nota praeter eam nullam Dearum ornatam fuisse Lucianus refert<sup>94)</sup>. Id quidem comprobatum videmus eo, quod tabula I, 4. proposuimus, simulacro, sed cum ceterae, quas cognitas habemus, Dearum imagines<sup>95)</sup> velatae sint, et universum Assyriorum pantheon nondum pateat, Luciani verba examinare non possumus. Aegyptia quidem Venus s. Athor et ipsa zonam gerit, sed si pantheon a Wilkinsono et Bunsenio conditum inspicimus, ut alia ita etiam hoc insigne cum aliis Deabus communicatum videmus<sup>96)</sup>. Memoratu vero dignum est, idem insigne Persas ab Assyriis acceptum sub nomine costi Mithrae tribuisse<sup>97)</sup>, eandemque radicem κεστῷ subesse, quo Homerus Venerem suam exornavit loco celeberrimo II. XIV, 214 sqq.:

Ἡ, καὶ ἀπὸ στήθεσφιν ἐλύσατο κεστὸν ἵμάντα,  
ποικίλον· ξένθα δέ οἱ θελητῆρια πάντα τίτυκτο·  
ξένδ' ξεν μὲν φελότης, ἐν δ' ἴμερος, ἐν δ' ὀαριστύς,  
πάρφασις, ἥτ' ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονεόντων.  
τὸν δάροι οἱ ἔμβαλε χερσίν, ἔπος τ' ἔφατ', ἐκ τ' ὄνομαζεν·  
Τὴν τοῦτον ἵμάντα τεῷ ἐγκάτθεο κόλπῳ,  
ποικίλον, ω̄ ξεν πάντα τετεύχαται, οὐδέ τε φημι  
ἀπρηκτόν γε τέσσαται, ὅτι φρεσὶ σῆσι μενοινῆς.

## II.

Iis quae adhuc exposuimus, probare conati sumus Adrasteae cultum ex Oriente in Asiam minorem translatum esse, rudia vero et monstruosa simulacula, quibus illi sacerdotes, pulchritudinis incuriosi, humanam cum bestiarum forma miscendo ea quae de natura Deorum sentirent, exprimenda censuerunt, a Graecis venustatis et elegantiae legibus accommodata esse. Superest ut doceamus, gentem hanc non in solo venustatis cultu acquiesce, sed ab infructuosis Orientalium sacerdotum meditationibus, quae potissimum circa mundi originem et gubernationem versarentur, ad mores autem emendandos nihil conferrent, ad γῆθειας notiones evectam eoque loco in generis nostri historia positam esse, ut religioni πνευματικῇ aditum præpararet. Hujus rei demonstranda optimam occasionem præbet Nemesis Dea.

Si in prima dissertationis nostrae parte ad ultima, ad quae librorum et monumentorum ope adscendere licuit, tempora regressi sumus, in hujus capituli fronte vertimur ad

94) Luc. de Dea Syr. 32.: ἔχει — — καὶ in pompa ferulis portatas apud Layardum, Nineveh etc. fig. 81.

95) V. tabulam nostram I, 2. 3. et tres Deas

96) V. quae supra not. 72. attulimus.

97) V. Lajard, le Culte de Vénus p. 236.

ea tempora, quibus Graecorum philosophorum meditationibus antiquae superstitionis auctoritas labefactata fuit, ut hac via, quantum hujus, de qua agimus, religionis vel in eorum animis, qui athei vocantur, superfuerit, deprehendamus. Ordinur igitur a Lucretio Caro, qui carminis, quod de Natura Rerum composuit, prooemio, Venerem his verbis invocat:

Aeneadum genetrix, hominum divomque voluptas,  
Alma Venus, coeli subter labentia signa  
Quae mare nigerum, quae terras frugiferenteis  
Concelebras; per te quoniam genus omne animantium  
Concipitur visitque exortum lumina solis:  
Te, dea, te fugiunt venti, te nubila coeli,  
Adventumque tuum; tibi suaveis daedala tellus  
Submittit flores; tibi rident aquora ponti,  
Placatumque nitet diffuso lumine coelum.  
Nam simul ac species patefacta est verna diei,  
Et reserata viget genitalis aura Favoni,  
Aeriae primum volucres te, diva, tuumque  
Significant initum, percussae corda tua vi.  
Inde ferae pecudes persulant pabula laeta,  
Et rapidos tranant amneis: ita, capta lepore,  
Te sequitur cupide, quo quamque inducere pergis.  
Denique per maria ac monteis fluviosque rapaceis  
Frundiferasque domos avium camposque virenteis  
Omnibus incutiens blandum per pectora amorem,  
Efficis, ut cupide generatim saecla propagant.  
Quae quoniam rerum naturam sola gubernas,  
Nec sine te quidquam dias in luminis oras  
Exoritur, neque fit laetum neque amabile quidquam;  
Te sociam studeo scribundis versibus esse,  
Quos ego de rerum natura pangere conor.

Jam si Empedocles <sup>98)</sup> physicus Venerem ζειδωρον appellavit et vel Epicureae philosophiae sectator aliam Venerem tanquam solam rerum naturae gubernatricem et coeli, terrae marisque moderatricem, summo, ad quem evehi potuit, animi ardore celebrat, in promptu est conclusio, quantis honoribus Dea illa culta fuerit illa aetate, qua illabefacta stetit prisorum populorum pietas.

Venerem coeli reginam fuisse ex ipso nomine Uraniae i. e. עירנה פָּתָחַת נְבָלָק <sup>99)</sup> apparent. Deam Syriam auctore Plutarcho (Crass. c. 17.): οἱ μὲν Ἀφροδίτην, οἱ δὲ Ἡραν, οἱ δὲ

98) Ap. Plut. Amator. c. 13. T. II. p. 756 E. 99) V. supra not. 16.

τὴν ἀρχὰς καὶ σπέρματα πᾶσιν ἐξ υγρῶν παρασχῦσσαν αἰτλαν καὶ φύσιν τομίζεσσι καὶ τὴν πάντων εἰς ἀνθρώπους ἀρχὴν ἀγαθῶν καταδεῖξασσαν. Tanquam alma mater, omnium quae terra producit, genitrix saepe facta est in solio sedens, fertilitatis et florentis naturae insignia manibus tenens<sup>100</sup>). Sicyone in templo Veneris statua Deae fuit, sedens ex auro et ebore a Canacho Sicyonio facta, in capite polum, altera manu malum, altera papaver ferens<sup>101</sup>). Malum antiquo illo, quo Canachus floruit, tempore, nondum amatoriam, quam insequens libidinosior aetas ei tribuit<sup>102</sup>), significationem habuit, sed pariter ac papaver, semenis multitudine excellens, fertilitatis signum fuit<sup>103</sup>). Papaver autem, cum propter vim suam soporiferam Somni Mortisque inaigne esset, Canachus Venerem simul inferorum reginam esse monuit, ita ut polo, malo et papavere Venerem coeli, terrae et inferorum dominam esse significaverit.

Tanquam maris domina in portibus et oris maris colebatur, unde Hermionae in Argolidis oris Ἀφροδίτης Πορτας καὶ Λιμενίας (Paus. II, 34, 41.), Cnidi Ἀκρατας καὶ Εὔπλοας (Paus. I, 4, 3.) templa fuerunt. In Museo Berolinensi statua Deae aenea, ἀργαϊκῷ stilo facta, candelabri basi inserviens, altero pede testudini superstat. Quod animal cum terra marique vivere soleat, Deā pallio stellis obsito induitā Venus Urania repraesentata esse videtur, terrae marisque domina<sup>104</sup>). Haec statua in animum nobis revocat nobile Veneris signum, quod Pausanias (VI, 25, 2.) Elide vidit: "Ἐστι δὲ τῆς στοᾶς ὄπισθι τῆς ἀπὸ τῶν λαφύρων τῶν ἐκ Κορκύρας Ἀφροδίτης ναὸς, τὸ δὲ ἐν ὑπαίθρῳ τέμενος οὐ πολὺ αἴσθητος ἀπὸ τῆς ναᾶς. καὶ τὴν μὲν ἐν τῷ ναῷ καλλιστὴν Οὐρανίαν, ἐλέφαντος δέ ἔστι καὶ χρυσᾶς, τέχνη Φειδίου, τῷ δὲ ἐτέρῳ ποδὶ ἐπὶ γελάσινης βέβηκε. Sunt quibus<sup>105</sup>) placuit Plutarchi interpretatio, qui testudinem οἰκείας σύμβολον ταῖς γυναιξὶ καὶ σιωπῆς putat<sup>106</sup>); sed in definiendo statuae sensu locum,

100) V. O. Müller, Kunstarcheologie 374.

101) Paus. II, 40, 5.

102) Nicephor. Prog. in Rhet. Gr. T. I. p. 459.: ὅπωρα ἔρωτος σύμβολον, Ἀφροδίτης ἀνάθημα. Jam Aristophanis aetate τὸ μηλοβολεῖν amoris provocatio fuit, Nub. 996. μῆλον βληθεῖς ὑπὸ παριδίου. Theocr. Id. V, 88.: Βάλλει καὶ μάλιστι τὸν αἰπόλον ἀ Κλεορίστα. Virg. Ecl. III, 64. Malo me Galates petit lasciva puella. Cf. Boettiger Sabin. II, p. 76. Coray ad Heliod. III. p. 118. Boisson. ad Nicet. p. 324. Villois. ad Long. p. 51. Arsen. Viol. p. 139. c. not. nostra. In Eudociae Jonia quaestio tractatus, διατὶ οἱ ἔρωτες μετὰ χεῖρας ἄνθη καὶ μῆλα φέρουσιν.

103) In anaglypho villaे Cardinalis Albani, Winckelm., Mon. In. T. III. p. 2. Venus tria mala in manu tenet, sub solio lepus est, et ipse

fertilitatem significans, Philostr. Im. I, 6. Creuzer, Symbol. IV. 162. Lamberg. Vas. I. tab. 91. Gerhard, Archemor. und die Hesperiden p. 26. Panofka, Berlin's Terracotten tab. 29. Leporem sub throno Veneris, prope quam Amor stat, vide in Nagidi nummis, Neumann N. N. II. tab. 2, 8. N. Brit. 10, 16.

104) V. Lajard le culte de Venus p. 74. not. — Aliter explicat Th. Panofka, der Tod des Skiron und des Patroclus, Berol. 1836., qui Tab. IV, 12. statuam illam primus edidit, p. 8.

105) Winckelm. Opp. I, 199. II, 567. H. Meyer, Geschichte der Kunst I. p. 65. O. Müller, Kunstarcheologie 374, 5.

106) Praecept. conj. 32. p. 142. de Is. et Osir. 76. p. 279. — E. Gerhard, Venus Proserpina, Kunstbl. 1825. nr. 17. p. 66, not. 78. dicit:

in quo posita est, ante omnia spectandum esse omnes concedunt. Veneris aedes, quae statuam illam continuit, prope porticum, quae e praeda a Corcyraeis reportata constructa est, sita fuit: praeda illa nonnisi victoria navalی capi potuit, in cuius memoriam Elei Phidiae tum in Elide versantis praeſentia sapienter usi splendidae Deae marinae, cuius patrocinio victoriam reportaverant, statuam in aede porticui illi proxima dedicaverunt, et hanc dedicationis causam artificum, quotquot vixerunt, princeps testudine pedibus subjecta significavit. Quam dispositionem utrum ipse invenerit, an exempla antiquiora ei obversata sint, in medio relinquimus; sed in hoc ipso artis progressum deprehendimus, quod statua Berolinensis aequis pedibus (*σχέσι συμβεβηκόσι*) testudini superstat, Phidas contra uno tantum pede super testudine posito Polycleti, aemuli sui, inventum secutus est, ut uno crure insisterent signa <sup>107</sup>).

Deae hujus, coeli, terrae marisque dominae, imperium etiam in inferos patuisse papavere, quod Canachus manui Veneris suae inseruit, jam supra moniti sumus et a Plutarcho docemur, Delphis cultum esse αγαλμάτιον Ἀφροδίτης Ἐπιτυμβίας, πρὸς ὁ τὰς κατοιχομένας ἐπὶ τὰς χοᾶς ἀνακαλοῦται <sup>108</sup>). Iis, quae a viris doctissimis ea de re disputata sunt, id unum adjicio, in monumento sepulchrali Lycio, quod Asiaticam manum cum Graeca conjunctam exhibet, super eo ipso, quod inferendo corpori vacuum relictum est, spatio Asiaticam Veneris Libitinae imaginem positam esse, quae una cum Cerere, Proserpina tribusque Horis ad sepulcri ornamentum aptissime adhibita est.

Ex his, quae diximus, efficitur, Deam illam,  
quae res hominum ac Deorum,  
Quae mare ac terras variisque mundum  
Temperat horis <sup>109</sup>),

summam in fata vitamque hominum exseruisse vim; quo factum est, ut munera et insignia sua cum Fortuna et Nemesi communicaret. Et haec quidem Deae natura sua ita affines fuerunt, ut Romani ne quidem Latinum Nemesios nomen haberent <sup>110</sup> et in

---

„Urania erschien in Phidias Bilde auf die Schildkröte, das Thier des Herme und (Paus. VIII, 4) des Pan tretend.“ Th. Panofka I. l. p. 8. ad testudinem, Veneri Uraniae a Mercurio, qui eam interemit (Paus. VIII, 17. 4.), concessam refert.

107) Plin. H. N. XXXIV. 8. s. 19.

108) Quaest. Rom. 23. — Cf. Od. Gerhard (Venus Proserpina, Kunstblatt 1825. nr. 16. sqq. quam dissertationem peculiari libello: Veneri Proserpina, Fiesole 1826. explanavit), Creuzer Symbol. II. 426. 478. IV, 162. 283. et Lajard, le culte de Vénus p. 71—88. 97—100. Vide tab. nostr. II, 5.

109) Vix est quod lectores moneam, ab Horatio I, 12, 13. haec de Deorum Parente dici.

110) Plin. H. N. XI, 45. Est in aure ima memoriae locus, quem tangentes antestamur: est post aurem aequa dextram Nemesios (quae Dea latinum nomen ne in Capitolio quidem invenit), quo referimus tactum ore proximum a minimo digitum, veniam sermonis a diis ibi recondentes, hoc est veniam taciti exposcentes, digito post aurem condito, si quis imprudentibus nobis sermo excederit.

inscriptione eodem loco utramque ponerent: DEAE NEMESI SIVE FORTVNAE<sup>111)</sup>). Omnino autem tam late patuit Veneris imperium, ut omnium fere Dearum munera conjuncta teneret, id quod in statua Deae Hierapolitana expressum fuit, de qua Lucianus de Dea Syr. c. 32.: 'Η δὲ Ἡρη σκοπέοντι τοι πολυειδέα μορφὴν ἐκφαντεῖ. καὶ τὰ μὲν ξύμπαντα αὐτοχεῖ λόγῳ "Ἡρη ἔστι· ἔχει δὲ τι καὶ Ἀθηναῖς καὶ Ἀφροδίτης καὶ Σεληναῖς καὶ Ρένης καὶ Ἀρτέμιδος καὶ Νεμέσιος καὶ Μοιρέων. χειρὶ δὲ τῇ μὲν ἐτέρῃ σκῆπτρον ἔχει, τῇ ἐτέρῃ δὲ αἴραντον. καὶ ἐπὶ τῇ πεφαλῇ ἀκτίνας τε φορέει, καὶ πύργον καὶ κεστόν. Cum colu, Parcarum insigni, quam Dea altera manu tenuit, convenit inscriptio antiqui Veneris Uraniae signi, quod Athenis ἐν κήποις hermarum more quadratum stabat: τὴν Οὐρανίαν Ἀφροδίτην τῶν καλεμένων μοιρῶν εἶναι πρεσβυτάτην<sup>112)</sup>; et si una e Parcis, Atropos, Adrastea appellata est<sup>113)</sup>, hujus ipsius Deae cum Parcis affinitatem videmus. Nemesis quo signo notata fuerit, tacet Lucianus, sed probabile videtur<sup>114)</sup> alteri Deae pedi subditam fuisse rotam, quae non modo apud Graecos et Romanos commune Nemesis et Fortunae insigne fuit<sup>115)</sup>, sed etiam in gemma Orientali, quam tabula nostra I, 5. delineatam deditimus, ad Veneris androgynae partem femininam aptata est, prope masculam autem partem κτείς conspicitur.

Insignibus Dearum ita communicatis intelligimus, quomodo in nummo<sup>116)</sup> Laodiceae, Phrygiae urbis, sub Caracalla cuso, Nemesis adstante gryphe notata capite cōronam muralem Cybeles gerat, sinistra manu cornu copiae, extensa dextra serpentem, quod naturae semper reviviscentis insigne jam supra in Assyriae artis operibus conspeximus. In autonomo nummo Tei, Jonicae urbis, Nemesis dextra rotac innititur, sinistra cornu copiae tenet<sup>117)</sup>; contra in templo Syriae Deae, quod Aegirae in Achaja Pausaniae (VII, 26, 8.) etiam aetate floruit, Fortuna stetit, Amaltheae cornu gerens, Amore pīnfato adstante. Ut in Aegypto et Phoenicia Venerem vidimus vaccino capite ornatam, ita auctore Laurentio Lydo<sup>118)</sup> etiam *oi Ἐλινης τὴν Τύχην γράφεσσι βεπρόσωπον*. Qui si addit: ἔγω δὲ οἶμαι τὴν υγρὰν εἶναι σύσταν, optime rationem perspexit et consentit cum iis, qui teste Plutarcho Crass. 47.: Ἀφροδίτην — — τὴν αρχὰς καὶ σπέρματα πᾶσιν ἐξ υγρῶν παρασχῦσσαν αἰτλαν καὶ φύσιν νομίζουσι.

111) Gruter. 80. 4. Ibid. 3. Sanctissimae Nemesi L. Avinius, L. F. etc. ibid. 5. Virgini Victoriae Sanctae Deae Nemesi M. Aurelius.

112) Pans. I, 19, 2.

113) Schol. Plat. Rep. p. 929 B. 35. ed. Bait. et Or.

114) Cfr. Lajard, le culte de Vénus p. 76.

115) Ammian. Marc. XIV, 11. de Nemesi: Pinna autem ideo fabulosa vetustas aptavit, ut adesse velocitate volucri cunctis existimaretur: et praetendere gubernaculum dedit eique subdividit rotam, ut universitatem regere per elementa

discurrens non ignoraretur. Cic. Pis. 10. in quo ne tum quidem, cum illum suum saltatorium versaret ordinem, Fortunae rotam pertimescebat. Tibull. I, 6, 33.:

At tu, qui potior nunc es, mea furta timeto.

Versatur celeri Fors levis orbe rotæ.

Cfr. tab. nostr. I, 7. 8.

116) Asservatur in Museo Parisino: v. Lajard l. l. tab. III. A. 8. nostr. tab. II, 9.

117) Visconti, Iconograph. Gr. T. II, 13, 8.

118) De Mens. IV, 33. p. 192. Röther.

Etiam Veneris Libitinæ munus cum Nemesi communicatum invenimus, nam *Nemesis* fuerunt πανήγυρες τις ἐπὶ τοῖς νεκροῖς ἀγομένη, ἐπεὶ η̄ *Nemesis* ἐπὶ τῶν ἀποθανόντων τέτακται<sup>119)</sup>, quo posito Delphicum illud ἀγαλμάτιον Ἀφροδίτης Ἐπιτυμβίας sine dubio idem fuit, quod a Pausania Ἀδράστεια μεγέθει τῶν ἄλλων ἀπόδεσσα ἀγαλμάτων vocatur<sup>120)</sup>.

Perspecta hac Nemesios et Veneris affinitate facile intelligimus, quomodo Agoracritus, discipulus Phidiae in primis carus, quum certamine, quod cum Alcamene in Venere facienda iniverat, victus esset, statuam suam quam, ne Athenis esset, Rhamnusii vendidit, Nemesin appellaverit<sup>121)</sup>. Qua de re quum alio loco<sup>122)</sup> disputaverim, hoc unum addo, in Museo Britannico<sup>123)</sup> colossicum caput valde mutilum asservari, anno nostri seculi viceximo Rhamnunte in Nemesios templo inventum, quod illi statuae adjudicandum censem. Et quoniam jam ad haec tempora devenimus, Graeci quid de Nemesi senserint, deinceps exponemus.

Graecorum religioni proprium est, ut relicto corporum coelestium aut genitricis naturae cultu, Orientalibus usitato, Deos hominibus similes, sed hominibus superiores humanasque res aequa lege moderantes fingerent. Itaque Nemesi, quae antiquissimis temporibus eadem fuit, quae Asiatica Dea totius naturae regina, id munus demandaverunt, ut modum in omnibus rebus teneret et insolentiam, quae rerum humanarum ordinem turbat et aeternas Deorum leges migrat, coercent. Quare Athenienses, pietate in Deos eminentes, Nemesin neque in Veneris neque in Cybelae neque in Fortunae templo, sed una cum Themide, coluerunt ut docet inscriptio e Themidis templo in Attica eruta: *Nemesis Σώστρατος ανέθηκε*<sup>124)</sup>.

De hac Nemesios natura quum J. G. Herderus, immortale Germanici nominis decus, tam subtiliter disputaverit, ut ei, qui eandem rem denuo tractatus est, timendum sit, ne Iliadem post Homerum scribat, breves esse possumus. In hoc uno minus recte vidisse videtur vir sagacissimus, quod Nemesios partes ita ab Erinnys et Ate separavit, ut supplicia sonantium his potissimum demandata esse vellet<sup>125)</sup>, nam si Euripidis locum supra (p. 4.) allatum conferimus cum Callimachi epigrammate:

εἴπα, καὶ ἀ *Nemesis* με συνάρπασε καὶ εὐθὺς ἔκειμαν  
ἐν πυρὶ, πᾶς δὲ ἐν ἔμοι Ζεὺς ἐκεραυνοβόλει,

119) Lex. Rhetor. in Bekkeri Aneod. I. 282. coll. Harpoer. Phot. et Suida s. v. Schol. Dem. adv. Spud. p. 1031. Creuzer in Münchner Gel. Anzeigen 1838. p. 192.

120) Paus. X, 37, 8. Cfr. Zoëga l. l. p. 42.

121) Plin. H. N. XXXVI. v. 4.

122) Real - Encykl. der class. Alterthumsw. T. V. p. 529.

123) Synopsis of the contents of the Br. M. ed. 57. 1851. p. 159. nr. 325.

124) V. Canina Architett. ant. II. Tab. 15.

125) Nemesis, ein lehrendes Sinnbild, in Operum collect. P. 19. p. 154. Adde Manso, über den Begriff der Nemesis in vermischt. Abh. p. 182. Fuchsii, Professoris Straubingensis, Programma de Nemesi 1847 inspicere non licuit.

Jovis fulgura ad reos Nemesios nutu rapida poena affligendos semper parata esse videmus; tantusque acerbae<sup>126)</sup> hujus Deae, quam Catullus (I, 21.) vehementem, Ammianus Marcellinus (XIV, 11.) facinorum impiorum ultricem vocat, timor occupaverat animos, ut cam semper vestigiis insistere crederent<sup>127)</sup> et uniuscujusque verbi impii poenas deprecarentur formula: προσκυνῶ τὴν Νέμεσιν vel σὺν Ἀδραστείᾳ λέγω<sup>128)</sup>.

Nihilque ita reconditum esse, ut Nemesios oculum effugiat, manus gestu vestem supra pectus levantis<sup>129)</sup> oculisque in sinum conjectis innuitur<sup>130)</sup>. Eodem spectat ferrum, quod Nemesis in nonnullis Smyrnae nummis<sup>131)</sup> et in pictura Herculaneensi<sup>132)</sup> gerit; praeципue autem gryps πτερόεις, ὅρνις ἀλαστωρ, qui jam in Assyriis monumentis conspicitur, apud Nonnum autem (Dion. XLVIII, 382.) Deae solio in Tauro constituto adstat, jussa Deae propere exsecuturus. Apud eundem (v. 454.) γρῦπτες ἀμιλληῆρες currum Deae per aërem ferunt<sup>133)</sup>.

Una res Nemesi cum Venere communis mansit, quod res amatoriae praecipue ei curae fuerunt<sup>134)</sup>, quod qui recte vult intelligere, repeatat Lucilii verba (I, 21.):

quoniam rerum naturam sola gubernas,  
Nec sine te quidquam dias in luminis auras  
Exoritur, neque fit laetum neque amabile quidquam.

Sed illa etiam aetate, qua Graeci ab avita gravitate degeneraverunt, Veneremque vagi et lascivi amoris patronam fecerunt, poëtarum artificumque reliquiae Nemesis lascivi, fastidiosi et perfidi amoris ultricem faciunt. Quo fit, ut in gemmis aliquot Nemesis<sup>135)</sup> vel ejus loco gryphem, pedem anteriorem alterum rotae imponentem<sup>136)</sup>, videamus,

126) πενθοτάτη vocatur in Epigrammate Anthol. Gr. supra p. 5. not. 1. allato.

127) Proverbium fuit: η Νέμεσις παρὰ πόδας βαῖνει. Diogen. Cent. VI, 81.

128) Plat. de Rep. V. p. 450 A.: προσκυνῶ δὲ τὴν Ἀδραστείαν, οὐ Γλαύκων, χάριν οὐ μίλλω λέγειν. Eur. Rhes. 338. 468. Blomf. ad Prom.

972. Frequens in hac formula Julianus, anxius Graecorum Deorum cultor: Misop. 370 B: Ἀδραστείᾳ πάτα ἐπιτρέψας. Ep. 29. p. 403 B: Ἀδραστείᾳ δ' εἰμενῆς εἴη. Ep. 49. p. 431 D: ἔλεως δὲ ἔστω τοῖς λόγοις ημῶν Ἀδραστείᾳ. Ep. 59. p. 455 D: ἐθελόντων θεῶν καὶ τῆς δισποίνης Ἀδραστείᾳ.

129) Winckelm., Mon. In. pag. 30.: il senso misterioso del panno raccolto con la mano ed alzato per ricoprirsene non solo il petto ma anche il volto sembra essere l'occulta potenza della giustizia esercitata da Nemesi, la quale più volte

tardando a comparire e gastigare i rei sembra che non se ne curi e che li tenga in obbligo, ma poi cogliendoli, quando meno se l'aspettano, secondo il merito gli ricolma di pene adeguate à misfatti. Vi è espressa nel medesimo tempo simbolicamente l'origine di Nemesi detta da alcuni figlia della notte.

130) Vide statuam in villa Card. Albani, nostr. tab. II, 1. et marmoreum vas Chigianum (Guatt. Mon. In. 1784 m. Mart.), quod in titulo dissertationis nostrae proposuimus.

131) Millin G. M. LXXXIII. 349.

132) Pitture d'Ercol. III. tab. 10.

133) V. Voss, mythol. Br. II. p. 186.

134) Paus. I, 33, 7.

135) V. gemmam Musei Florent. I, 76. et nostram tab. I, 7. cf. anaglyphum vasis Chigiani.

136) Mus. Flor. I, 81. nostra tab. I, 8.

poenas ab Amore sumentem. Itaque „Narcissum ob nimiam crudelitatem, quam in Echo exhibebat, Nemesis i. e. Fortuna ultrix fastidientium in amorem sui pertulit, ut non minori flamma, ac illa, exureretur“<sup>157)</sup>; eundemque sensum exprimit epigramma Mnasalci in Anthol. Gr. T. III. p. 205. nr. CCLXVII.:


*Πτανῷ πτανὸν Ἔρωτα τὸν ἀντον ἐπλαστήρωτε  
Ἄ Νέμεσις, τόξῳ τόξον ἀμυνομένα,  
Ὄδε κε πάθη τα' κ' ἔρεξεν. ὁ δὲ θρασὺς, ὁ πρὸν ἀταρβῆς,  
Δακρύει, πικρῶν γενυσάμενος βελέων.  
Ἐσ δὲ βαθὺν τρὶς κόλπον ἀπέπινεν. ἄ, μέγα θαῦμα,  
Φλεῖει τίς πυρὶ πῦρ; ἥψατ' ἔρωτος Ἔρως.*

Virginem autem alatam, quae in pictura Herculaniensi<sup>158)</sup> Ariadnae in Naxo desertae adstat, Nemesis esse recte vidit Winckelmannus, ab Herdero (l. l. pag. 167) immerito objurgatus.

---

157) Bode, Mythogr. Gr. I, 185. cf. Wieseler, 158) Pitt. d'Ercol. II. tab. 15. Böttiger, ar-  
die Nymphe Echo, Göt. 1844. p. 14. chäol. Heft. P. 1. Tab. I.

Tab. I.





Tab II.

